



R. P. Thomæ Tamburini Æ Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

5. Quinta clausula. Aliquæ causæ in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quando executor dispensationem concedit. Quod, post concessam dispensationem, & dum Sponsi actu matrimonium per verba de presenti contrahunt, ideo queritur si pro causa, v.g. dispensandi, ut Antonius, & Antonia consanguinei matrimonium incurrant, assignetur Antonia pauperes, vel diffamatio, quandam ex his quatuor temporibus verificari debeat, tam esse pauperem: vel diffamatum? Respondeo quatuor dictis.

1. Dico primo, non esse opus, ut verificetur. Primo tempore; Ita Sanchez l.8. matr. d.30. n.2. Bonac. de disp. l.1. q.2. p.10. §.1. n.2. Per. de matr. d.45. §.6. n.2. quia id nec a iure praescribitur, & res est admodum remota ad dispensationem.

2. Dico secundo, probabilis esse secundum Sanchez l.8. matr. d.30. n.4. Pont. l.8. de matr. d.41. §.6. n.2. oportere verificari secundo tempore, sed probabile etiam, esse, non oportere, ita Conrad. in praxi l.7. c.2. n.32. Gar. cis p.6. de Benef. c.2. n.287. & seq. Ratio prioris probabilis est, quia Pontifex annuit postulatus, si res veritate nitatur, ergo causam, a qua movetur ad annuendum, oportet verificari quando ipse annuit. Ratio probabilis posterioris est, quia Pontifex non dispensat immediate, ut olim fiebat (si enim ipse immediate dispensaret, sine dubio causa vera tunc esse deberet) sed dispensat mediate per Executorem. Cum igitur veritas causae, ex natura dispensationis, tunc adesse requiratur, quando dispensatio fit, non quando committitur fieri, non autem necesse, eam esse veram quando Pontifex annuit, satis erit, quando executor actu dispensat: ut mox dicemus. Sentus ergo verborum Pontificis hic est: *Dispensasti utraque hac causa quando dispensandum a te erit.*

3. Neque dicas, ex posteriori probabilitate sequi, si Pontifex concessisset dispensationem ab Executore expediendam pro matrimonio duorum consanguineorum, vel affinium, si concessisset, inquam ex causa, quod inter illos intervenerit copula, posse Executorem illam expedire, si copula habetur ante ejus expeditionem, seu post impetratam gratiam a Pontifice. Ne inquam, id dicas, nam respondet Garcia l.6. & apud Conradum l.2. n.33 non posse praesumi, Pontificem velle concedere commissionem dispensandi, dando occasionem, qua post ipsius commissionem committendum sit a supplicantis peccatum, qualis esset praedicta copula: praesumitur verò, quando similis occasio non datur; ut est in casu praedictae paupertatis, vel diffamationis, vel similis.

4. Dico Tertio, certum esse, causam dispensandi omnino debere verificari tertio tempore, hoc est, quando executor dispensationem concedit. In hoc omnes, ut Sanchez l.6. n.12. Joan. Prepos. 3. p. de dispensat. dyb. 4. n.35. Diana p.8. matr. l.3. ref.77. consentiunt quia executori non datur potestas, nisi preces supplicantum veritate nitantur, & quia natura dispensationis, ut modo dixi, requirit, ut alia causa, quando ea conceditur. Unde, si mulier praedicta erat inops, vel diffamata tempore dictae commissionis à Papa, sed deinde tempore executionis facienda à Delegato dives evasisset, vel diffamatio cessasset, nulliter concederetur dispensatio.

5. Dico Quarto, Quamvis Sanchez l.8. de matr. d.30. n.14. Meroll. l.2. d.4. c.6. n.331. multos citans, cum aliis putet, debere causam, v.g. dictam pauperem persistere, quando initur matrimonium, quod sane probabilissimum est, tamen est etiam probabile cum Suarez l.8. de leg. cap.30. Dicat apud Dianam l.6. Gran. Salas apud Meroll. l.6. Castrop. l.1. r.3. d.4. l.5. n.4. Pontio, aliisque (fatente hanc probabilitatem eodem Sanchez, l.6.) id necesse non esse. Nam dispensatio non fuit concessa, neque explicite, neque implicite sub conditione perseverantiae, semel autem legitime ea existente, libera est mulier ab impedimento; ergo, & matrimonium inibit legitime.

6. Quando datur dispensatio comedendi carnes, v.g. diebus vetitis ob dubiam infirmitatem, non est mirum debere causam, id est infirmitatem dubiam perseverare,

quando successivè comedendae sunt carnes, quia in his dispensationibus circa res habentes tractum successivum sic praesumitur, teste Castrop. l.6. n.5. rationabilis mens illas concedentis id, quod non videretur praesumi in casu nostro.

Causa vera, sed verificata falsis Testibus.

11. Certum est, si falsa sit causa dispensationis datae, v.g. incompetencia dotis, & falsis Testibus probata, nullam esse dispensationem. Ita Castrop. l.1. r.3. d.6 p.16. §.5. n.4 quia nulla causa nullam parit concessionem. At si sit vera, licet falsis Testibus probata subsistet dispensatio, teste eodem ibid. cum Sanchez & Pontio, quia verificatur conditio à Pontifice requisita.

12. Quid si falsitatem causae allegavit sollicitator, me ignorante possimne indicare Pontificem ratum pro me habere dispensationem? Respondeo, non potes, vide Castropal. ibidem cum Tiraguel. & Sanchez, quidquid aliqui asserant, quia intercurrente cujuscunque ignorantia, si requisita causa deest, & illi causae innixa concessio.

§. IV. In quarta clausula iniungitur poenitentia salutaris.

DE hac poenitentia dicam commodius infra c. sequenti §.3.

§. V. In quinta clausula aliqua causa in genere ponitur.

Non raro Pontifex refert, supplicantes petisse dispensationem ex hac, vel illi. causa determinata, tum addit in hunc modum: *Exceptis aliis, seu praeter alias causas rationabiliter earum animarum moventes, & addit item sic: De praemissis te informes, &c.*

1. Dubitatur ergo, an debeat de his causis in genere positis se informare Delegatus? Nam de determinatis omnino debere, iam vidimus supra.

Respondeo, cum Sanchez l.8. matr. d.35. n.24. & Conrad. in praxi l.7. c.2. d. n.113. Nequaquam; dum enim in particulari illas non exprimit, signum est evidens, eas solum apponi ob alium finem, puta ut appareat, dispensationem rationabiliter, & honeste concedi.

Atque hinc etiam fit, ut quando aliqua qualitas, v.g. nobilitas supplicantis, narratur solum à Pontifice, opus non sit, eam verificari per probationes ab executore faciendas. Quod si nobilitas, vel quilibet alia qualitas in Brevis concessionis apponitur per modum conditionis: Si es nobilis, Si es pauper, vel per modum causae finalis: Quia es nobilis; Quia es pauper, tunc sane verificari oportebit. Ita Sanchez loc. cit. n.24. & Conrad. l.6. Et quidem, quando dispensatio est in secundo, & tertio gradu consanguinitatis, si ponatur nobilitas, poni, ut conditionem, vel ut causam finalem, iidem Doctores notant. Quaedam alia circa nobilitatem dixi supra c.7. §.2. n.26. & 27.

§. VI. In sexta clausula prohibetur executor aliquid muneris, vel compensationis accipere.

Id sane non solum monet, sed praecipit: sic enim habet: *Quod si, praeter hac monitione, aliquid muneris, aut praemii, recipias, excommunicationem latam incurras.* Immo interdum, quando scilicet dispensatio conceditur in forma pauperum, id est sine illa compositione, seu elemosyna, quam pro divitibus solet taxare Datus, addit Pontifex, ut dispensatio tunc nulla sit.

1. Dubitatur ergo, an nihilominus executor possit accipere, saltem esculenta, & poculenta, quae paucis diebus consumi solent?

2. Respondet Primò Sanchez l.8. matr. d.35. n.11. non posse, quia omne genus muneris vetat Pontifex, ibi (aliquid muneris) intelligit tamen Sanchez, si ea mittantur à partibus ante finitam Delegationem, vel cum pacto seu conventionem dandi postea.